



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

De Natvra Spadonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36094

DE TEMPORE, POST QVOD ALIA
coniugia concedi possunt.

SI diuortium factum est propter adulterium, innocenti personæ non præscribitur tempus, postquam res iudicata est. Sed in quæstione desertionis annos considerari necesse est, ut intelligatur, personam uere desertam esse, non leuitati aut perfidie præterire umbram desertionis. Lex in Codice concedit sponsæ post biennium alteri nubere, si ea non assentiente sponsus, qui tamen non est extra prouinciam, tam diu differt publicum ritum coniugij.

ALIA lex de sponso peregrinante loquitur, de quo concedit sponsæ post triennium alteri nubere, uidelicet, nisi ea assentiente fortius absit.

PONTIFICIAE constitutiones desertæ personæ quantumlibet innocenti nullo vnquam tempore concedunt coniugium, nisi deserticem personam constet mortuam esse. Sed supra citauimus dictum Pauli ex Corinthijs, quod liberat personam innocentem, & plerumq; desertrix persona simul adulterij rea est. Nequaquam igitur laquei iniijciendi sunt innocenti personæ propter alteram delicta. Sed intelligatur & in hoc casu liberatio non de inani uoculo, & personæ liberatæ concedatur coniugium.

IUSTITIA N V S expresse concedit coniugium desertæ personæ post decennium. Glossa in capitulo In præsentia, in Decretalibus ita inquit: Vbi post septennium uerisimiliter præsumitur de morte uiri, excusatur maritus, si nubat. Ac mitior est glossa, quam textus. Sed cum index inquit uit negotium, & comperit, querelam de desertione non esse inuocatum, & uidet mores personæ innocents honestos esse, potest imitari legem Constantini de quadriennio, uel dictum de quinqueennio in Digestis, in titulo de Diuortio. Hæc moderato non uideretur absurda: nec tamen præscribo certum tempus, sed sapiens iudex simul considerabit, quid deceat exempli causa, & ne laqueos conscientie innocents personæ iniiciat.

DE NATVRA SPADONVM.

VERECYNDE sic nominantur illi, qui prorsus non sunt idonei ad commixtionem coniugalem: Et nominantur Spadones, si natura tales sint, siue arte castrati sint. De his sciendum est, tales personas nequaquam fieri coniuges, sed cum est explorata biginitas, iudex pronuntiet illas personas liberas esse. Nec fit tunc diuortium, quia non erat coniugium, iuxta dictum Matth. 10. Sed si declaratio ut alij sciant, illam societatem non esse coniugium, & per-

sonæ quæ habet naturæ vires integras, concedi aliam feliciorē copulationem legitimam. Sed ad explorandam frigiditatem iura tempus constituerunt, si res dubia est, ne ante triennium fiat seivactio.

Eodem modo pronuntiant de ijs, in quibus natura ita læsa est, sicut in aut veneficio, ut ope medica sanari non possit, si toto triennio frustra tentata est medicatio.

TANTA est autem virtus aliquarum mulierum, ut occultent imbecillitatem virorum, sicut viri doctissimi Simonis Grynei focer narravit, se mortua prima coniuge duxisse viduam virginem, quæ vndecim annos nupta fuerat viro frigido, nec vnquam vlli ante mortem viri hanc rem patefecit.

DE DIVORTIIS PROPTER SÆVITIAM,
veneficia, & insidias structas vitæ.

Cum textus Matth. 19. tantum faciat mentionem Adulterij, valde pugnant aliqui, non posse fieri diuortia propter sævitiā & insidias vitæ structas. Sed in Codice lex Theodosij, quam existimo gravi deliberatione priorum scriptam, ut tunc vstitata diuortia restringeret ad certos casus, concedit diuortium etiam in his casibus.

Et si autem aliqui reiiciunt hanc legem, & contendunt eam ab Evangelio dissentire, tamen hi non recte intelligunt discrimen legis & Evangelij. Et cum expresse dicat Dominus, in politia Moysi diuortia permissa esse propter duritiem cordis, significat aliam esse gubernationem hominum sanabilium, qui sunt membra Ecclesiæ, & volunt obtemperare Evangelio: aliam politiam impiorum & contumacium, qui frænos legum pati nolunt.

Si quis est igitur talis maritus, qui sævitiā in coniugem exercet, & admonitus à Pastore non desinit furere, & domesticæ Ecclesiæ inuocationem turbare, & vxorem ita crudeliter tractare, vt vita in periculo sit, hic certe Magistratus politici imperio coercendus est, qui non solum vitam persone innocentis tueri debet, sed etiam debet eius conscientiam considerare, ne fracta dolore & indignatione, tandem abiciat inuocationem, aut aliquid iniuste faciat, vt dicitur: Furor fit læsa sæpius patientia. In eo casu in persona crudeli, non pertinente ad Ecclesiam, Magistratus politici Theodosij lege vti posse videtur.

IMPERIA politica vult Deus honori esse bonis, & terrori malis. Vult Deus tegi eos, quorum mores sunt sine scelere, vult eis concedi pacem ad inuocationem, ad educationem & ad institutionem sobolis, vult latrones reprimi, siue domi, siue foris latrocinia exercent. Nec desunt vnquam in imperijs homines contumaces, iniusti & *ἀσεβεις*, exercentes in suos iniustam sævitiā, quales nominat Dominus in hac cōtione duos corde.

AN PROPTER MORBOS CONTAGIOSOS & incurabiles, vt propter Leporam, diuortium fieri possit?

RESPONDEO. Plane & perspicue affirmo, nequaquam faciendum esse diuortia propter morbos, nec deserendum esse agrotum maritum, nec deserendam esse agrotam vxorem, quia semper oportet hanc regulam esse firmam & immotam: Quos Deus coniunxit homo non separet. Quare omnis persona viuens, quæ volens incoat distractionem, sine vlla dubitatione, horribiliter peccat, vt, adultera seu defertrix incoat distractionem volens, & facit contra hunc ordinem diuina voce & lege sancitum. Ita si persona recte valens incoat distractionem, esset similis deferttrici, & adulteræ, & rea magni sceleris. Nam calamitas, quæ inter viuentes accidit sine culpa, nequaquam dissoluit coniugale fœdus.

OMNIA igitur dicta, quæ præbent distractionem, proponant sibi homines timentes Deum. Gen. 2. Erunt duo in carnem vnâ. 1. Cor. 7. Vir non habet potestatem corporis sui, sed vxor. Nec vxor potestatem habet corporis sui, sed maritus. Ephes. 5. Viri diligite vxores vestras. Nemo carnem suam odit, sed eam alit & fouet.

CVM igitur maneat fœdus coniugale, inter tales personas, quas non distraxit culpa, manifestum est, non deserendam esse agrotam personam, ac deberi ei beneuolentiam & auxilium, tanquam proprio corpori. Summus amicitia gradus est fœdus coniugale. Inuultissimum est autem, in calamitate amicum deserere, egentem auxilio, & confugientem ad amici beneuolentiam & fidem. Quare desertio coniugis propter calamitatem, in qua nulla est culpa, iniusta & scelerata est.

QVÏDAM uero crudeliter dissipant. Leprosos similes esse mortuis, & hoc prætextu consulere personam recte valenti student. Sed hoc sophistica refutat manifesta crudelitas. Mortui non indigent aliorum hominum auxilio. Aegrotam personam adhuc indiget hominum auxilio. Quare, quod ad veram amicitiam officia attinet, nondum est mortuæ similis. Adhuc est caro tua, adhuc lex diuina tibi conuincitur: Nemo carnem suam odio habuit. Ex autoritate Magistratum cogenda est persona recte valens, ne deserat agrotam & ne negligat eius vitam, sed ferat opem agrotanti.

ET SI autem videtur aliquibus hæc sententia durior, tamen si non esse omnes bonæ mentes intelligunt. Si quis autem maritus, qui indiget consilio, interroget Pastores eruditos & graues, & recte intelligentes doctrinam Ecclesiæ. Potest enim responderi, ne perperam rate implicetur conscientia, & ne fides & inuocatio in viro iustiorum gante impediatur.

tustas
pacta
coniu
unlam
ueri a
bus in
lia, ut
do ue
alia s
uerba
initiu
randu
rum i
aliqui
causâ
spons
bonet
tes a s
rit fac
quand
de con
nea, a
est ide
solui
Nec e
cum a

coniu
propt
cum i
um, &
ualer
cunia
tionem
dinen
gant
bus a
est mu